



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

An in Maria contemplatiua in Martha actiua vita sit figurata?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

VERSUS 38.

Non enim est a dum uerent & ipse intra-
uit in quoddam castellum. & mul-
lier quaedam Martha nomine ex-
cepit illum in domum suam.

QVAESTIO I.

Quo peruenit?

Castellum non arx est, sed *pagus*, Syrus et-
iam *rupe* appellat, in quo Martha & Maria ha-
bitabant cum Lazaro. Martha excepit forte proe-
rior aetate. Illa ministrat, Maria etiam sedens erat secus pe-
des Domini. Etiam vel eum discipulis, alijsq; auditorib.
Alij purant in significatione *discipuli* esse. Quasi dicat:
Nō modo stans audijt, vel ministrans, sed et modo se-
dens & oculos. Quia ita rogare solemus, Etiam rogas?
etiam refectis? Sic illa alio plane animo mulier etiam se-
dente dicitur. *Discipulum* etiam *stans* per se dicitur posse
sedere. Hoc non modo ausus est facere, sed etiam spera-
re posse distimulare.

39. Syrus non habet etiam, sed tantum, quae ve-
niens conficit ad pedes Domini nostri. Referri po-
test & ad Christum. Ille enim sedebat, Maria etiam.
40. Pro 7. 17. in alijs est *20. 18.* ut in latinis & Syris.
Pro 7. 17. alij habent *20. 18.* utrumque recte
dicitur.

VERSUS 40.

Martha autem satagebat circa fre-
quens ministeriū: quae stetit, & ait:
Domine non est tibi cura, quod so-
ror mea reliquit me solā ministra-
re. Dic ergo illi, ut me adiuet.

QVAESTIO I.

Quid Martha?

1. Satagebat circa frequens ministerium *de i. cor. 13.*
de i. cor. 13. distrahatur, ut uni rei attendere non possit.
Sicut Mattham ait *N. 27. Chanania*, distrahata in mul-
to ministerio. Graeci codices *τοποθεσις*, alij *σοφιστικη*
σοφιστικη vel tumultuaria. Querelam eius alij admittunt
invidiam esse putant. locata non arbitror: serio. n.
respondetur. Admirari permit, cur Mariam non admo-
nere, ut iuaret. Alij inuidiam tactam, alij Christum
sibi dicitur, quod quia nullam causam habeo, suspi-
ciat non invidiam. Nam quae sit, an non est tibi cura quod me
relinquit, peritiosus est, non accusationis. Multae sunt
causae in Psal. orationes, & in vita quotidiana, cum
satis in interdum gratulationem potius habeant, quā
querelam. Deinde Christus non eius inuidiam, aut
querelam reprehendit, sed occupationes eius, Mariae
operi postponit. Aug. serm. 27. Non ergo Dominus opus
reprehendit, sed manus distimulat, non tamen malam, sed illa me-
ritum. Sic Ambr. Greg. l. 6. mor. c. 28.

2. Martham non reprehensam docet Aug. serm. 27.
Quod enim ait, Putamus reprehensam esse ministerium Mar-
thae, quoniam circa hospitalitatem occupauerat, quae ipsum Dominum
hospitio receperat: Quomodo recte reprehendebatur, qui tanto
hospitio iurabatur? Hoc si verum est, dimittant homines quod
ministerium egenitibus: eligant sibi partem meliorem, quae non
est in opere, vacent verbo, inhiant doctrina dulcedini, oc-
cupent circa salutem saluarem, nihil eis cura sit, quis per-
cipiat in opere, quis egeat pane, quis in dimento, quia visitan-
das quae redimendae sunt sepelendae: vacent opera, miserico-
rdiae, misericordiae, misericordiae. Si melior pars est, cur non omnes hoc
adami Conzen in Euang. Tom. II.

faciunt, quando ipsum Dominum in hac causa patronum ha-
bemus. Non enim timemus in hac re, ne offendamus eius iusti-
tiam, cum patronam teneamus eius sententiam. Et tamen ita
non est, sed sicut dixit Dominus, ita est. Quomodo intelligi non
est, sed aut quomodo intelligere debes. Ecce aduerte. Circa multa
et occupat, quando unum est necessarium. Maria meliorem par-
tem elegit. Non tu malam, sed illa meliorem, sed unde meliorem?
Quia tu circa multa, illa circa unum. Praepositum unum multis.
Non in a multis unum, sed multa ab uno. Multa sunt, quae sa-
ta sunt: unus est qui fecit. Calam, terra, mare, & omnia quae in
eis sunt, quae multa sunt: Quis ista enumeret? Quis horum mul-
titudinem cogitet? Quis haec fecit? Deus omnia.

VERSUS 42.

Porro unum est necessarium. Maria
optimam partem elegit, quae non
auferetur ab ea.

QVAESTIO I.

Quod unum illud necessarium, & quae pars bona?

1. Non adeo facile unum illud inuenitur. Quae-
ritur quid ad salutem necessarium erat, Martha iam
tenebat. In via enim ad vitam aeternam erat. Si unum
est necessarium placere Deo, quarete regni Dei, hoc
Martha toto ministerio quarebat, hospiti tanto ut fa-
tist faceret. Si unum est necessarium sedere ad pedes Do-
mini. Hoc quidem Martha non fecit, sed tamen cum
opportunitum fuit, alio tempore fecerat. Et certe hoc
ad salutem necessarium non erat.

Quid ve-
rum sit.

Alj vt Augustinus serm. 27. de verb. Domini, unum
Christum fuisse necessarium.

Sensus igitur genuinus est. Unum esse omnibus ne-
cessarium, verbum Dei vera caritate audire, & facere.
Alia multa esse quorum pauca sunt necessaria. Rectius
igitur agere Mariam, quae vii incumbens necessario,
caetera non necessaria omittit. Perinde ac ad regnum
quispiam venturus, ociosas & opotofas caeremonias,
velut inania transmitteret, vni rei perseveranter instar-
ret, vt lacrimamentum sibi proceres in litescque dicerent.

2. Syrus unum est quod requiritur, *N. 27. 17. 18.* de-
met habere. *N. 27. 17. 18.* begha est petere, rogare, quarete, Maria
autem dicitur elegisse partem *N. 27. 17. 18.* abetha bonam.

3. Maria optimam partem elegit, *apud d. m. p. e. d. o.*
bonam partem. Non est ambiguum institui compara-
tionem, itaq; & Augustinus meliorem partem appel-
lat. Ambrosius bonam appellat, sed per comparatio-
ne exponit, ita verbum Cassianus aliquando optimam,
aliquando bonam appellat. Cum non duae partes es-
sent, sed multae, nā circa multa Martha occupatio di-
stincta erat, noster vertit optimam. Pars & fors de ha-
reditate dicitur, sortiebantur de hereditate, maior dis-
ponebat, minore ligebat.

Compara-
tio parue.

4. Non alio modo ista dicuntur, quam quae Pau-
lus de caritate pronunciat, eam non excidere. Medita-
tio enim rerum diuinarum coniunctio cum Christo
aeterna, caeterarum rerum quamuis bona sint, omnia
inereunt. Ita Aug. serm. 27. de verbis Domini.

QVAESTIO II.

An in Maria contemplatiua, in Martha
actiua vita sit figurata?

1. Ego veterum dubitant: Calvinus eam inter-
pretationem vitulente insectatur.
2. Turpiter, ait, hunc locum ad laudem vitae con-
templatiuae derogatum. 2. Christo nihil minus propo-
situm, quam discipulos ocio, & frigidis speculationi-
bus addicere. 3. Veterem esse errorem, angelicam vi-
tam agere, qui procul negotijs in contemplationem
inacum.

incumbunt. 4. Ambitione & morositate factum ut
 similes se Angelis crederent nihil agendo. 5. Eos re-
 li, quia homo factus sit ad laborem. 6. Mariam ad pe-
 des stetitisse, non tota vita nihil egisse. 7. Stultè Mo-
 nachos hinc locum arripere, quasi Christus vitam cõ-
 templatiam cum actiua comparet. Nullam enim
 hic esse comparationem, quemadmodum stulti &
 absurdi interpretes somniant.]

§. 2. In his quidem summam calumniam di inlanã
 cum pari factu prodit. Nos breuiter respondeamus.

Primo, non est locus detorsus ad laudem vitæ Cõ-
 templatia, sed Christus his ipsis verbis contem-
 platione actioni preferret. Imo Caluini sui oblitus ostē-
 dit Comparationem, quã tantopere fugit. Secundum
 ritium, inquit, erat (Marthæ) quod Martha seipsam distra-
 hens, & superfluis laboribus se occupans inutilem sibi reddebat
 Christi aduentum. Excessum enim notat Lucas dum multi mi-
 nisterij meminit, quando Christus modico contentus erat. Per-
 inde enim hoc fuit ac si quis honorifice recipiens, eum audi- e nõ
 curet, sed potius magno & superfluo apparatu speliat omnem
 doctrinam. At qui legit in prophetarum receptio est, dum viti-
 litas quam per eos destinat Deus, ac offert, percipitur. Videmus
 nunc & laudabile Marthæ officium, nauis tamen suis non ca-
 ruit. Accessit hoc quoq; mali, quod Martha sibi in turbulentis
 operis placens, pium discendi studium in sorore contempfit. Quo
 exemplo monemur in recte agendo semper cauendum esse, ne a-
 lij alijs se præferant. Quomodo ergo non comparat, qui
 illam sibi sororem comparat & reprehendit. Martha
 certe sororem sibi comparabat, & querebatur, ut ille
 putat, se multũ agere, illã ociofam federe. Huic Chris-
 tus responderet, Marię quiete Marthę curis antepone-
 dã: sine cõparatione satis facere querelis non poterat.

Caluinus
 compara-
 tionem
 facit.

Martham
 accusat.

Augusti-
 nus com-
 paratione
 agnoscit.

§. 3. Quis vero non videt, Plurima Marthã distra-
 hentia cũ vnico necessario comparari? Quod iam cõ-
 secuta erat Maria. Quia ipse Martham accusat, quod
 per inanes circuitus vegetur, quod saluum esse nõ am-
 bigo. Vera est ergo comparatio. Ex quo consequitur
 nequaquã stultos, aut absurdos esse Interpretes, qui
 comparatione hoc loco esse docent. Aug. serm. 27. to-
 to, aliud parum habet, nisi comparationem. Remanse-
 runt, ait, ergo in illa domo, quæ susceperat Dominũ, in duabus
 feminis dua vitæ, ambe innocentes, ambe laudabiles. Vna la-
 boriosa, altera otiosa, nulla facinorosa, nulla desidiõsa. Ambe
 innocentes, ambe, in qua, laudabiles: sed vna laboriosa: altera
 otiosa, nulla facinorosa, quã cauere debet laboriosa: nulla desi-
 diõsa, quam cauere debet otiosa. Erãt ergo in illa domo iste dua
 vitæ & ipse fons vitæ. In Martha erat imago presentiu, in Ma-
 ria futurorum. Quod agebat Martha, sibi sumus: quod agebat
 Maria, hoc speramus. Hoc agamus bene, ut illud habeamus ple-
 ne. Nam quid inde habemus? In quantum habemus? Quamdiu
 hic sumus, quantum est quod inde habemus.

Inter stultos & absurdos Caluino interpretes etiã est
 Ambrosius, qui comparatione veram instituit. Subijci-

tur, inquit, Martha exemplo & Maria, alterius operis agnoscenda
 duorio, alterius religiosa mētia intentio Dei verbo: quã si cõ-
 de congruat, etiã ipsis operibus antefertur, iuxta quod scriptum
 est. Maria optimam partem elegit, quæ non auferretur illi. Stu-
 deamus igitur & nos habere quod nemo nobis possit auferre: nõ
 ut perfunctoria, sed diligens audientia deseratur. Solent enim
 etiam ipsius semina verbi celestis auferri, si secus viam semina-
 ta. Agat te sicut Mariam desiderium sapientia. Hoc enim
 manus, hoc perfectius opus: nec ministerij cura a cognitione ver-
 bi celestis auertat, nec arguas eos & otiosos iudices: quos videt
 studere sapientia.

Verum ista tum ab alijs, tum vere a nostro P. Lud-
 uico de Ponte integris libris pertractata sunt.

§. 4. Nec Caluini Satyras effugiet D. Gregorius. l. i.
 mor. i. cap. Laurentius Iustinianus de compunctione.
 Beda in expositione Hebræorum nominum. Bernardus,
 alijque qui vitas illas distinxerunt. Bernardi de
 assumpt. verba sunt. Intrante, ait, Iesu in hoc castellum,
 dua sorores, Martha & Maria, id est, operatio & intellectus ex-
 cipiant illum. Excipiunt dixerim, an excipiuntur? Sed siue hoc,
 siue illud dicatur, vtrumq; prodest illis, non Iesu quidẽ,
 cũ ad illas venit, duo conuertit eis, congruentia singulis, virtutem
 & sapientiam: virtutem operationi, Sapientiam Intellectui.
 Vnde etiam ab Apostolo pradicatur Dei virtus, & Dei sapientia.
 Sed quid est, quod intrantem eum Martha excipit, discurrit,
 ministrat? Maria vero secus pedes sedens ingressi, in eius verba
 cor suspendit: nisi quod prius est Actio, postea vero contemplatio.
 Greg. hom. 14. in Ezechiel. Bene has vtraq; vitas, inquit,
 dua ille mulieres signauerunt. Martha videlicet & Maria,
 quarum vna satagebat circa frequens ministerium, altera vero
 sedebat ad pedes Dei & audiebat verba de ore eius. Sic Atha-
 nas. l. de quæst. varijs. q. 100. Vide & Hieronym. Epist.
 4. c. 4. Basilium, seu auctorem constitutionum mon-
 astic. Reg. 7. D. Tom. 2. q. 180. art. 3.

§. 5. Hanc pono religiosorum propriã esse, eorũ qui
 solitaria vitam se cõtantur, experientia docuit, eorũ
 vitam adumbrat Philo, de vita contemplatiua. In-
 batu, inquit, virtutur pane simplici, sal vicem supplet obsoni,
 qui delicatioris sunt, hyssopum pro condimento adiciunt, post
 e fluentie hauriunt contenti placere dominas à natura mor-
 talibus additas, samem seimq; abq; omnibus lenocinis, fruen-
 do rebus, sine quibus non licet vivere: Edunt igitur, ne suriant,
 bibunt, ne sitiant, saturitatem cauendo, ut inimicam animo
 pariter ac corpori. Et quoniam regimini dua quoq; sunt species,
 vestu rectumq; de adibus iam dixi esse incultas, & extemporaneas
 factas ad presentem vsum tantummodo, in veste autem
 eadem apparet simplicitas ad arcendos calores & frigora pro
 pellicetis crassa tunica in hyeme, astate vero exornis, aut intertali
 linea: in vniuersum enim exercent modestiam, vt fontem vitæ
 iatũ. Et cetera.

Taceo innumeram aliorum turbam, quos nemo
 nisi stultus & absurdus, absurdos & stultos dicere
 possit.

C A P V T XI.

H factum est: cum esset in quodam loco orans, ut cessauit, dixit vnus ex discipulis eius ad eũ: Do-
 mine, doce nos orare, sicut docuit & Ioannes discipulos suos. 2. Et ait illis: Cum oratis, dicite: Pa-
 ter, sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. 3. Panem nostrum quotidianum
 da nobis hodie. 4. Et dimitte nobis peccata nostra, siquidem & ipsi dimittimus omni
 debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem. 5. Et ait ad illos: Quis vestrum habebit amicum, & ibit
 ad illum media nocte, & dices illi. Amice, commoda mihi tres panes. 6. Quoniam amicus meus venit de
 via ad me, & non habeo, quod ponam ante illum. 7. & ille deintus respondens dicat: Noli mihi mole-
 stus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere, & dare tibi. 8.
 Et si ille perseverauerit pulsans: dico vobis, etsi non dabit illi surgens, eo quod amicus eius sit, propter im-
 probitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. 9. Et ego dico vobis: Petite, &
 dabitur vobis: querite, & inuenietis: pulsate & aperietur vobis. 10. Omnis enim, qui petit, accipit: & qui
 querit, inuenit: & pulsanti aperietur. 11. Quis autẽ ex vobis patre petit panẽ, nunquid lapidem dabit illi? Aut
 piscem, nunquid pro pisce serpentem dabit illi? 12. Aut si petierit ouem, nunquid porriget illi scorpionem? 13.
 Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quanto magis Pater vester de celo dabit spiritum
 bonum